



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

3. An Clericus conjugatus immunitate Ecclesiasticâ perindè gaudeat ac non conjugatus.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

matrimonium, quomodocumque & quacumque ex causa nullum, non amitti ipso jure debetum, sed sententia Judicis opus esset ea inter alias ratione, quod non praeter impedimentum, quod de jure non constitutum effectum; quodque patet sint esse nullum ipso facto, & non factum nec in ullo texu inveniatur decitum, solam attentionem cum ipso facto irrito sufficiere in hoc casu.

4. Hinc etiam verius est, Clericum initiatum sicutis Ordinibus, contrahentem matrimonium, sed irritum, propter consanguinitatem, vel aliquid impedimentum dirimens, non amittere beneficium suum ipso jure, ut tradit Sanchez a loca.

5. Quid si Clericus impubes cum sponsa impuberetur aut pubere, vel pubes cum impuberetur verba ad praesenti contraxerit, nec malitia lapset etatam? (cujusmodi matrimonium resolutum in sponsalia de futuro, c. unio De defensione impuberum in 6.) Talis non excideret beneficio suo, nisi adveniente legitimâ aetate matrimonium sic contractum ratificetur, iis modis, de quibus per text Glos. & DD in d.c. unico: si quidem constat apud omnes, non amitti beneficia per sponsalia de futuro, quandoquidem statum incompatibilem cum beneficio non inducat, sed sunt duntaxat via ad illum.

6. An autem de consensu Episcopi Clericus beneficium simplex, ante contractum matrimonii obtentum, retinere possit, matrimonio contracto cum virgine, quæri etiam potest? Communis opinione receptum est, non posse, quia conjugati beneficiorum sunt incapaces. Non obstat canon. Si qui Distinct. 32. canon Quia in xii. q. 1. quia non loquuntur de beneficiis Ecclesiasticis, sed de stipendiis sustentationis, quæ dantur Clericis conjugatis clericaliter viventibus, & Ecclesiæ clericis dientibus; idque de gratia magis, quam de jure, & tanquam eleemosyna, non tanquam pribenda.

7. Ceterum iis casibus, quibus conjugatus potest suscipere Ordines, secundum dicta à vñ lib. 1. potest etiam obtinere beneficium. Etta intelligendus est canon. De Strausana Distinct. 28. ubi habens uxorem eligitur in Episcopum.

8. Potest etiam conjugatus obtinere bene-

ficium ex dispensatio, non quidem Episcopi, sed summi Pontificis, c. Diversis 5. h. 1. ubi jubetur, ut Episcopus conjugatos beneficis, post conjugium adeptis, privet; & statim iubabitur, Nisi forte tu talibus scienter consuleris Ecclesiastica beneficia, quibus eos non per te, sed per superiorum decernimus spoliando: nam inde colligitur, non sufficere dispensationem Episcopi; quæ si sufficeret, non essent spoliandi beneficis, ab Episcopo sibi collatis.

Non oblat, quod Episcopus dispenset cum homicida & irregulari, c. Ad auerteriam 12. inf. De homicidio, & cum deposito, can. Sodoma. Disp. 6. 3. qui sunt casus graviores: quia in matetia dispensationis, qua est exorbitans a jure, non valet argumentum a casibus permisiss ad non permisiss, etiam minores. Vide Sanchez De matrim. lib. 7. Disputas. 42. num. 1. & seq.

### §. III.

An Clericus conjugatus immunitate Ecclesiastica perinde gaudeat ac non conjugatus.

1. Clericus conjugatus qualiter privilegio fori gaudet.
2. In Clerico conjugato quo censeatur habitus clericalis.
3. Quid in eodem requirat Conc. Trident.
4. Quo ad eatora privilegia reputatur lucus.
5. Separatus ab uxore & ordinatus gaudes privilegii clericalibus.
6. Contraria Clericus ordinatus per dispensationem uxorem ducens.

1. **I**Ta videtur de jure antiquo: at vero jure novo, in e. unico h. t. in §. statuitur, ut praeter privilegium canonis Si quis suadente xvi. q. 4. (quo manus violentias in Clericum injiciens excommunicationem incurrit, non nisi a summo Pontif. absolvendus) gaudeat duntaxat privilegio fori: & quidem, ut docet Sanchez d. lib. 7. Disp. 46. n. 12. quoad causas, non civiles, sed criminales, & ex criminaliter sive civiliter intententur, prout Clericis conceditur in e. 2. sup. De foro compet. Idque non aliter, quam si cum unica & virgine contraxerit, & tempore commissa delicti (quod ad hoc, ut quis gaudeat

deat foro etiam attenditur, arg. l. i. D. Depensis )  
consuram & simul habitum deferat seu detule-  
rit clericalem , exeriorem scilicet & apparten-  
tem, d. c. unico, ibi, vestes deferant clericales ; &  
similibus.

2. Dicitur autem habitus clericalis , cum ejus  
non sit à Jure determinata qualitas, quo ex re-  
gionis usu honesti Clerici conjugati utuntur,  
arg. cap. Ioannes 7. h. t. ita scilicet, ut ex aspectu  
à quolibet judicetur Clericus, Glos. communiter  
approbata inc. penult. sup. De vita & honest. Cle-  
ricor. Neque enim cogendus est iis vestibus indui,  
quibus Clerici non conjugati, ministerio  
Ecclesiae vacantes, utuntur.

3. Cæterum decretum d. c. unici confirmat  
Concilium Trident. Sess. 25. c. 6. Dereformat.  
eiquehæ superaddit, modò Clericitalis Eccle-  
sia alicujus servitio vel ministerio ab Episcopo  
sint deputati , eidemque Ecclesiæ in clericali  
habitu & tonsura deserviant & ministrant,

Quod si harum conditioaum vel una defe-  
cerit, nullo privilegio clericali gaudebunt, con-  
suetudine in contrarium, etiam immemoriali,  
nequidquam suffragant. Sed & amittent cæ-  
tera, præter privilegium canonis & fori, eo ip-  
so, quo contrahunt matrimonium : fori verò &  
canonis eo ipso, quo non servant conditiones  
requisitas, etiam circa admonitionem vel decla-  
rationem Judicis; quia ista privatio non impo-  
nitur ut delicti pœna , sed ob defectum condi-  
tionis requisitus. Vide Steph. Weym. in Ana-  
lysis sua ad. d. o. m.

4. Insuper quoad cætera privilegia Clericus  
conjugatus reputatur omnino laicus, etiam per  
matrimonium nondum consummatum, San-  
chez d. loco n. 13. & seq. Ideoque nec Vicarius  
Episcopi in spiritualibus esse potest, nec inter-  
esse divinis tempore interdicti, nec gaudent pri-  
vilegio clericali, quoad gabellas, indictiones,  
munera sæcularia , & quæcumque alia obse-  
quia , e. Quamquam De censib. in 6. Covar.  
præf. qu. c. 31 n. 10.

5. Quod si verò conjugatus cum unica &  
virginē separaretur ab uxore communi consen-  
su, legitimoque modo ordinetur, perinde gau-  
debit imunitate Ecclesiastica ac cæteri non  
conjugari , quia talis reputatur ab Ecclesia  
non tamquam conjugatus , sed tamquam vi-  
duus contineas ; & civili quodam modo, quoad

ulum & societatem matrimonii , uxori illi qui  
si mortua censetur. A fortiori idem dicendum,  
si illa moriatur, & ipse redeat ad propria Cle-  
corum ministeria, Videatur plenus Sanchez d.  
loco.

6. Aliud dicendum de eo, qui in sacris con-  
stitutus per dispensationem ducit uxorem,  
quia talis omnino abstrahitur & quasi depo-  
nitur à statu clericali. Sanchez d. loco: ubi docet.  
Clericum conjugatum per negotiationem ho-  
nestam non amittere dicta privilegia , modò  
conditiones requisitas servet. Similiter docet  
Clericum, conjugatum cum unica & virgine  
amittentem privilegia clericalia , ob depou-  
tationem habitus clericalis & tonsuræ : earum  
cuperare , resumptis habitu & tonsurâ : ne  
per unam aut alteram habitus dimissionem  
amitti privilegia , modò alias continuò defra-  
dat.

#### TITULUS IV.

### De Clericis non residenti- bus.

1. Residere quid sit.
2. Tenentur beneficianti ad residentiam , even-  
tatione simplicie beneficij.
3. Quid tamen fallit ex generali consuetudin-  
e.
4. Ideoque per substitutum qui deservit pu-  
test.
5. Quo peccato procedendum contra non resi-  
dentes.
6. 7. Causa justa excusantes à residentia.
8. Quo casu debentur grossi fructus , non distri-  
butiones.
9. Nisi ex caritu causis.
10. Decreta Conc. Trid. circa residentiam Cle-  
corum.

I. Clerici non solum in honeste vivunt, ma-  
lierum consortia familiaritatemque con-  
fessando, sed & non residendo in Ecclesiis sum-  
& interim fructus percipiendo, eam ob causam  
quam quandoque etiam puniendo & privandob-  
necius.